



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 95. Francisci Adriani Cebæ Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

postmodum Archiepiscopus Montis Re-
 galis Ecclesiæ, cujus curam summo
 studio gessit, atque ad corrigendos Ec-
 clesiasticorum, populique mores Syno-
 dum celebravit, Templumque Divi
 Andreæ Clericorum Regularium suis
 sumptibus restauravit. Interfuit Inno-
 centii X. & Alexandri VII. comitiis,
 quibus finitis in gravem morbum inci-
 dens, die tertia Maji annos natus quin-
 quaginta quinque Romæ e vita mi-
 gravit, sepultus ad S. Mariam Majorem
 in sacello gentilitio, quod olim Sixtus V.
 Papa erexerat.

§. XCV.

*Francisci Adriani Cebæ Cardinalis
 extrema.*

Hunc pari fato sequebatur Franciscus
 Adrianus Ceba Pedemontanus, Ciacon. in
 vita Urban.
 qui ab Urbano VIII. intimus Pontificii
 VIII.
 cubiculi Minister, ac libellorum suppli-
 cum Præfectus renuntiabatur, quæ om-
 nia munia non sine magna prudentiæ
 ac integritatis laude obibat, quocirca
 non modo ad Ludovicum XIII. Gallia-
 rum Regem pro pace Christianos inter
 Principes restauranda Nuntius in Fran-
 ciam decernebatur, sed etiam in labo-
 ris, meritique præmium ab eodem Pon-
 tifice sacra Purpura honoratus est: Obiit
 tan-

Sæc. XVII. tandem die duodecima Octobris, sepul-
 A. C. 1655. tus in Lateranensi Basilica, cujusolim
Canonice erant. Vixerat admodum
 parce, unde ingentem auri argentique
 vim congeffit, quorum hæredem scripsit
 unum ex suis, lite autem exin orta,
 potiorem hæreditatis partem Advocato-
 rum rapacitas absumpsit, consueto
 fordidæ parsimonix fato.

§. XCVI.

*Alphonfi de la Cueva Cardinalis
 decessus.*

Ciac. in vita } Postremus ex Purpuratis hoc anno de-
 Greg. XV. } functis erat Alphonfus de la Cueva
 natione Hispanus, qui Ordinis milita-
 ris de Alcantara Religiosus, apud Ge-
 nuenses & Venetos Hispani Oratoris
 munere tanto cum encomio fungebatur,
 ut urgente Philippo III. Hispaniarum
 Rege a Gregorio XV. Papa sacro
 Cardinalium Collegio aggregatus, in
 Belgium ad Isabellam Gubernatricem
 decerneretur: inde vero Romam rever-
 sus, sacrisque Congregationibus pre-
 fectus, occurrentium causarum merito
 singulari eruditione ac prudentia utri-
 que exposuit, pro sua tamen, qua
 minuit, modestia nunquam sententiam
 proferre voluit: Ceterum celebre etiam
 erat ipsius nomen ob raram memoriam
 fidelium.